



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Bona nostra tribus modis antiquus hostis insequitur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

INSTITVTO. 50

Bona nostra tribus modis anti-  
quis hostis inse-  
quitur.

Primo, in initio conuersionis.  
Vnde legimus in Threnis Hie- Thre. I.  
remiae. Facti sunt hostes eius in  
capite. Et Isidorus ait. Tunc contra Isyd.  
eum quem possidet diabolus, acrius  
se fuit, quando se uirtute diuina ab eo  
expellendus cognoscit. Secundo in  
medio. Vnde Gregorius. Quando  
Diabolus initium uitare non praeva-  
let, quasi in itinere se opponit, ut  
dum per tantis propositum securior  
quisque ingreditur, sub iuncto late-  
ter uitio, quasi ex insidijs perimatur.  
Dicebat enim Dauid. In uia hac qua  
ambulabam absconderunt laqueum  
mihi. Vnde etiam Gregorius dice-  
bat. Si uideris te ipsum, quod quieui-  
sti ab infestatione uitiorum, ne cre-  
das tibi met, insidijs quasdam tibi sta-  
tuit inimicus, & expecta post quie-  
tem multam turbationem. Tertio in  
fine. Vnde Gregorius. Quando dia-  
bolus initium, uel medium uitare  
non praevalet, saltem finem illaqueat.  
Legitur etiam; Tu insidiaberis calca- Gen. 2.  
neo eius. Ob hoc Isidorus dicebat. Isyd.

E 2

Psa. 141

Greg.

Greg.

Gen. 2.

CHRISTIANA

Quem diabolus in cursu præterit  
uitæ non decipit, in nouissimis sup-  
plantare disponit. Et B. Bernardus  
ait. Laborat diabolus ad subuersio-  
nem hominis maximè in principio, &  
in fine. In principio quia modicam  
radicem habet, in fine quam multa bo-  
na ei aufert.

Bern.

Lyly  
Lyd  
Lyd  
Lyd  
*Bona animæ in uita aeterna  
erunt quinque.*

Ez. 31. **P**rimū erit inenarrabilis lētitia  
de qua lētitia Esaias loquēs ait.  
Et nūc qui redēpti sunt à domi-  
no reuertentur, & ueniēt in Syon lau-  
dātes, & lētitia sempiterna super capi-  
ta eorum. Gaudium & lētitiam tene-  
bunt, fugiet dolor, & gemitus. Vn-  
de Augustinus ait. Cui comparata  
omnis aliunde iucunditas mea ror est,  
omnis suauitas dolor est, omne dul-  
ce amarum, omne decus fēdum, po-  
stremo quodcumque delectare pos-  
sit, molestum. Secundum plena uo-  
luntatis efficacia. Vnde Dauid dice-  
bat. Desiderium cordis eius tribuisti

Augus.

**e**i, & uoluntatem labiorum eius non  
fraudasti, &c. Et Augustinus sanctus  
ait. Qui hoc bono fruētur, quid erit  
ei, & quid non erit? erit quicquid

Psal. 20.